



3 1761 04203 6137


SENTENÇA  
DA  
INQUISIÇÃO DE PORTUGAL  
CONTRA A PESSOA, E ERROS DE  
GABRIEL MALAGRIDA,  
TRADUZIDA DO PORTUGUEZ EM LATIM.

MDCCLXII









207  
SERIALS

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

100 St. George Street, Toronto, Ontario

Canada M5S 1A5



100 St. George Street

Toronto, Ontario

SENTENÇA  
D A  
INQUISIÇAM DE PORTUGAL  
Contra a Pessoa, e Erros de  
GABRIEL MALAGRIDA,  
*Traduzida do Portuguez em Latim.*



---

L I S B O A,  
MDCCLXII.

SENTENTIA  
LUSITANÆ INQUISITIONIS  
ADVERSUS  
GABRIELEM MALAGRIDAM

EJUSQUE ERRORES,

*De Lusitano in Latinum versa.*



---

---

OLISIPONE,

MDCCLXII.



SEVENTH

THE UNIVERSITY OF TORONTO  
LIBRARY

BX  
1730  
I67



UNIVERSITY OF TORONTO



# PRÆFATIO

## INTERPRETIS.

**T** Ametsi ex lectione Instrumenti hujus addiscere unusquisque facile possit, quam egregium Sycophantam apud Lusitanos egerit homo Italus; quo tamen consilio tot fraudes, & imposturas struxerit Malagrida, probe agnoscere exterorum nemo poterit, nisi qui satis perspectum satifque exploratum ante habuerit præsentem Lusitanarum rerum statum. Pretium ergo operæ me facturum existimavi, si Sacrorum Censuram de Malagrida Judicio quædam præmitterem, unde & quod hominis ingenium fuerit, & quò Sociorum artes spectaverint, nullo negotio assequare.

Etenim ubi primum intellexerunt acuti homines, exclusis a Regiarum Confessionum excipiendarum munere tribus Sociis, donatis libertate Americanis mancipiis, investa in totum Lusitanæ Societatis Corpus Reformatione Pontificia; cum apertæ insolentiæ suæ, tum clandestinis machinationibus obviam ire Regem Sapientissimum: in eo nervos omnes industriæ artisque suæ contendendos existimaverunt, ut per fas nefasque, & adversantes sibi quoscumque de gradu dejicerent, & se resque suas in pristinum statum ac dignitatem assererent. Igitur more eorum, qui hostem non aperta vi, sed dolis capi posse confidunt, rem occulte aggrediuntur.

Est Lusitana gens præ ceteris pia: est ad superstitionem usque religiosa. Ubi intimis animis opinionem imbibunt de eximia alicujus sanctitate, mox illius imperio totos se dedunt: ut sine illius ductu nihil moliri, nihil aggredi, nihil perficere audeant. Erat ea tempestate apud nostros non solum illustre, sed.

sed etiam formidolosum Malagridæ nomen: quippe quem ex America evocatum, & Urbem triumphantis more ingressum, in publicis privatisque conventibus ad fastidium prædicarent Jesuitæ virum sanctissimum, miraculis clarum, futurorum vatem mirificum, ad hæc cœlestium rerum contemplatione supra humanam sortem evectum.

Hunc igitur pristinæ gloriæ Recuperatorem, & Assertorem immittunt. Cœpit ille Sancti Ignatii Exercitationes, quas vocant, primariis fœminis inculcare. Recenti terræmotus memoria consternati animi, quæ ad morum dumtaxat emendationem pertinere videbantur, facile amplectuntur. Exercitationibus illis solitos dies, eo Magistro, vacant matronæ plurimæ. Fit Olisipone Malagridæ nomen percelebre. Nemo pius, nemo religiosus habetur, nisi qui homini totum se dedat.

Hac occasione intimos conscientiarum sensus conceptaque in Regem odia Dynastarum quorundam expiscatus Malagrida, statuit alieno exitio se suosque ab injuria vindicare. Pessime animatis in Regem, & ad novandum promptis callide persuadet, nullius culpæ apud Deum reos fore, quibus publica salus carior sit quam Regis vita. Quot perfidiæ monstra, quam fœdæ calamitates nefarium consilium subsequutæ fuerint; ex publicis privatisque Lusitaniæ monumentis dudum innotuit non Europæ solum, sed toti etiam terrarum orbi. Scilicet intentatam Optimo Regi necem, detectam Optimatum conjurationem, sumptum de iisdem capitale supplicium, conjurationis participem & fautorem Malagridam declaratum, primarios Jesuitas carceri addictos, ceteros de Lusitania expulsos, plenam trepidatione & metu Regiam, fœda rerum & animorum perturbatione commotam, afflictam, perculsam Lusitaniam universam: hæc aliaque id genus quamplurima, inaudita illa quidem, funesta, horribilia;

ribilia; sed tamen vera, & cum Reginorum Duodecimvirorum sententia, tum ipsius Regis litteris confirmata, legebamus, credebamus, horrebamus.

Detrusus in carcerem Malagrida, ubi videt nihil sibi & Sociis profuisse simulatam pietatem, ira in desperationem versa, statuit ultima experiri. Vitam Beatæ Annæ Lusitano, Vitam Antichristi Latino sermone conscribit: refertum utrumque opus anilibus fabulis, refertum novis impiisque doctrinis: ut æmulari voluisse vitus sit Malagrida vel Rabbiorum Talmudem, vel Mahumeti Alcoranum. Adeo absurda, adeo impia, adeo portentis plena utraque illa lucubratio invenitur! Quæ omnia tamen sibi a Deo tradita, ejusque jussu conscripta, affirmare non dubitat impius nebulo.

Erunt fortasse, qui fatuum; erunt, qui emotum mente credant, qui pro veris, pro cœlestibus, pro divinis hujusmodi nugis venditarit. Ego vero fatuum fuisse nego, quem integra mente cum in agendo, tum in loquendo perpetuo usum esse, post diligentissimas inquisitiones, iterataque examina, deprehendisse se testatur Senatus ille, quo nullus gravior, nullus prudentior, nullus sanctior in tota Lusitania extat. Fatuum fuisse nego, in quo sive in Scenam prodeunte, sive in ipso jam Fidei Theatro adstante, sive Sacros Judices adeunte, sive comitantibus Theologis respondente; arrogantia quidem & obstinationis plurima, amentia vero nulla indicia animadverterunt tot cives, tot Senatores, tot Proceres. Fatuum fuisse nego, qui ubi maxime desipit, ea tamen ratione desipit, ut nihil ipse scribat, nihil affirmet, nihil propugnet; nisi quod vel ad se commendandum, vel ad suos purgandos, vel ad Judices perterrendos, vel ad stupefaciendos populares animos omnino spectet.

Neque vero ex eo, quod quis insana & absurda scribat, & tueatur, continuo ipse insanus aut

aut excors existimandus est. Quid enim insanius Valentini, Sabellii, Manetisque erroribus? Quid absurdius Eutychetis, Almarici, Wiclefisque impietatibus? At eos tamen mentis suæ compotes non fuisse, judicare nos vetat Ecclesia, quæ universos illos ut hæreticos, ut impios, ut contumaces, post mortem etiam execratur, & diris omnibus devovet. Dicamus ergo id, quod res est: non fuit profecto fatuus Malagrida; sed fatuos nos efficere, tot objectis doctrinarum quasi præstigiis, ipse per summam nequitiam intentavit. Non fuit excors, non mente captus: sed tam magnifica, tam miranda, tam divina de se scribens, & prædicans, illud asequi se posse speravit, ut quasi de cælo delapsus homo, & supra ceteros mortales evectus haberetur, coleretur, timeretur.

Ergo eo consilio designatum se a Deo Legatum, Vatem, & Apostolum palam jactabat; ut quem Deus tot illustribus titulis decorasset, damnare viderentur Judices Sacri. Eo vero multa de beata Virgine, multa de ejus matre Anna, multa de Christo, multa de Antichristo prorsus miranda, portentosa, incredibilia scripsit; ut ipsa rerum novitate, & granditate eos percelleret, qui non tam quid dicatur, quam quis dicat, solent attendere: atque ita demum aliis perterrefactis, aliis stupefactis, oppressa tot fallaciarum pondere succumberet veritas.

Scilicet probe noverat Malagrida, nulla re magis percelli populares animos, quam admirabilitate rerum, & magnitudine promissorum. Noverat his artibus illud affectum Mahumetum esse, ut vivum se pro illustri & cœlesti Vate, mortuum verò pro altero quasi Deo suspiceret, & veneretur maxima terrarum portio. Quemadmodum ergo Mahumetus ad infatuandos Arabes multa absurda, multa portentosa, multa incredibilia Alcorano admiscuit; ad erigendos autem spe libidinis explendæ novum quod-

dam



dam beatitudinis genus, novumque paradysum commentus est, ubi e singulis citris quinquaginta puellae eximia pulchritudine, veluti totidem amicae Veneris poma nascerentur: ita Malagrida ad stupefaciendos Lusitanos multa de Christo & Antichristo, multa de Maria & ejus matre Anna; impia illa quidem, sed tamen admiranda, sed portentosa, libris suis aspersit; ad alliciendos autem innocuae cujusdam voluptatis mercede novam quandam Professionem induxit, in qua liceret etiam cum naturae dedecore libidini indulgere. Proh impium facinus! proh scelus abominandum! Quasi parum fuisset, tam multa de Christo, ejusque Matre impie profusus, & contra Evangelii fidem scripsisse; illud etiam addere ausus es, mortalium perditissime, quo foedissimarum libidinum non modo impulsorem, verum etiam approbatorem Deum ipsum efficeres. Nam & incitari ad lasciviam sanctos homines a Deo scripsisti, & laudatas ab eodem impudicitias tuas palam affirmasti. In hoc impiissimo Mahumeto persimilis & omnino par: quod sicut ille Afris & Asianis, ita tu Brasiliensibus & Lusitanis simulatae pietatis quasi velo quodam obductas nefarias doctrinas, nefariaque consilia tradidisti: ut commissis tibi a Deo populis non jam purissimum lac Evangelicae praedicationis, sed venenatum Tartareae impietatis poculum propinares. Iis videlicet doctrinarum praestigiis, iis verborum lenociniis uterque usus; ut ipsa rerum novitas admirationem, ipsa dictorum incredibilitas fidem apud plebeios animos inveniret. Verbo dicam: ut impune peccare uterque possetis, alios impune peccare uterque docuistis: utque pro virtutibus nefanda vitia vestra haberent, & imitarentur rudes populi, vitiorum vestrorum quasi virtutum laudatorem Deum ipsum fecistis. Quandiu ergo in Christiana Republica viguerit vera pietas, veraque religio; tandiu apud eam execrandum erit vestrum nomen, injussa vestra memoria. B Sed

Sed duo præterea sunt, quæ Malagridæ impietatem, & fraudes non minus aperte arguant. Primum: acerbas calamitates, & supplicia crebro illum minari Societatis hostibus, ne Rege quidem excepto; quem ob vexatos & expulsos Jesuitas post mortem dure increpitum dictitabat, idque eo tempore, quo non solum viveret, sed etiam firma valetudine uteretur Rex ipse. Alterum: quidquid vel a Rege, vel a Pontificio Reformatore probro datum est Jesuitis; id ab eo tanquam vitio carens, imo vero laudabile, Sanctissimis Mariæ Parentibus attribui. Nam & Joachimo, licet sancto, licet lapidario, viginti mancipia servivisse commemorat; & Annam ejus uxorem amplissimi apud Solymos Receptaculi Auctorem, & Rectricem facit, ubi virgines educarentur quinquaginta tres; & ex his unam inducit nomine Martham, quæ alendis Sociis pecuniam ex piscium venditione colligeret. Quibus Malagrida callide significare intendit, immerito suis vitio dari negotiationem: immerito Americana mancipia iisdem auferri: immerito Virginum Receptacula a se fundata, & administrata impugnari.

Cum de his aliisque impietatibus, & fallaciis apud sacros Fidei Judices accusatus, convictusque esset Malagrida; cumque de revocandis iis sæpe admonitus resipiscere nollet, imo vero indies obstinatior, indies arrogantior factus novis se criminibus irretiret: primum apud Dominicanos publico theatro impositum, ibique Catholicæ Fidei desertorem atque impugnatorem declaratum, deinde Sacerdotii insignibus a Lacedæmoniensi Antistite spoliatum, postremo profano Magistratui addictum, capitali sententia feriunt rerum capitalium Prætores octo. Laqueo igitur confracta gula, flammisque exanimato corpori admotis, dignum impietatibus dolisque suis exitum invenit infelicissimus Jesuita, Septembris die XXI. anno MDCCLXI.

Qualis mortuo fors obtigerit, humani iudicii non est definire. Siquid tamen ex indiciis conjectare licet, ne in ultimo quidem rerum discrimine constitutus pristinae simulationis pristinaeque arrogantiae quidquam deposuit Malagrida. Torvo aspectu, quasi minari hostibus; demisso vultu, quasi indignos sua praesentia circumstantes despiciere; contumaci silentio, quasi Iudicibus terrorem incutere videbatur. Itaque a sacris Fidei Censoribus de haeresi notatus, ab Lacedaemoniensi Pontifice de sacerdotali gradu dejectus, a Praetoribus rerum capitalium laqueo & flammis addictus; universis interim de aeterna ejus sorte sollicitis, atque ob eam causam dolentibus, & satagentibus; nihil ipse dolere, nihil curare, nihil satagere visus. In tanta taciturnitate nil nisi iras & odia & sui ultionem meditari ipsum crederes.

Hujus tamen sententiae, & supplicii Instrumentum cum ad externos pervenisset, sodali tanquam pro veritate occiso, festivo tintinnabulorum sonitu parentasse dicuntur Societatis homines. Quod nihil aliud fuit, quam veritatem mendacio antevertere; ut cum remotos ab Lusitania populos tandem esset ingressa, praecipuos falsitate dolisque Jesuiticis populares animos ipsa veritas inveniret. Qui vero Oigenem Adamantium, qui Theodorum Mopsuestenum, totius Ecclesiae iudicio haereticos declaratos, & Pontificiis diris devotos; illum quidem per Petrum Halloixium Belgam defendere, hunc vero per Joannem Garnerium Gallum excusare non sunt reveriti: quid mirum, si contra sententiam privati Tribunalis Malagridam Catholicae Religionis desertorem & impugnatorem, tum Optimi Regis & florentissimi Regni declaratum hostem, Martyribus suis adnumerent? Illud nunc restat, ut sicut de hominis damnatione, & interitu visi sunt gloriari, ita damnatarum doctrinarum patrocinium suscipiant Jesuitae.

suitæ. Quod si illi fecerint, suo quidem more fecerint: qui proscriptos semel & iterum a Romano Pontifice, tanquam noxios & impios, Burrhierii sui libros adeo non execrantur; ut eos potius tanquam innoxios, admirabiles, & insignem quandam pietatem redolentes, gregalibus suis inculcare non cessant. Qui vices damnatos, vices proscriptos, vices Vaticano fulmine percussos Sinicos ritus ea animi contentione propugnant, & tuentur; ut pro aris atque focus, pro avito patrimonio decertare credas. Et hi tamen sunt, qui Catholicæ Ecclesiæ filii obsequentissimi, deditissimi, religiosissimi haberi volunt. Et hi tamen sunt, qui sacramento interposito præstandam Romano Pontifici obedientiam profiterentur. Et hi tamen sunt, qui læsa Societate labefactari Catholicam Fidem aliis persuadent.

Sed jam illud postremo loco animadvertendum est: præter Lusitaniæ nostræ morem factum fuisse, ut lata & promulgata adversus hæreticos sacrorum Judicum sententia typis committeretur. Sed ipsa rei novitas, exortaque inde admiratio effecere, ut qui vel publico spectaculo non interfuerant, vel de suggestu lecta non satis perceperant, ad Franciscum Magallanium Britum, Regii Prætoris Scribam, veluti catervatim accederent, sententiæ copiam sibi fieri postulantes. In hujus enim Tabulario asservari solent Sententiæ eorum, quos profano Magistratui addicunt Judices Fidei. Cum autem ex uno manu exarato Instrumento non possent facile confici tot Apographa, quot avidæ multitudini satis essent; Regium Prætorem per supplicem libellum rogavit Scriba, ut typis commissa sententia voti competentem faceret totam urbem. Annuit postulationi Prætor: sed ea tamen lege annuit, ut Exemplar nullum ex Officina prodiret, nisi quod Scribæ ipsius manu signatum esset. Quod ille quidem egregie præstitit.

Hujus ego fidem secutus, quæ lusitanæ scripta  
erant.



erant, latine reddidi pene ad verbum : sed ita tamen, ut non tam dictionis nitore, quam perspicuitati studuerim. Ubi enim alterutrum peccandum est, malim ego inquinare, quam obscure loqui. Id quod cum in aliis scriptiōibus, tum in iis præsertim, quæ res theologicas, vel forenses tractant, laudi potius quam vitio vertunt cordatiores Critici. Itaque *revelationem, prophetiam, excommunicationem, unionem habitualem, creaturam, angelum, purgatorium*, aliaque id genus scribere non dubitavi : ignota illa quidem antiquis Romanæ Linguæ Proceribus, sed communi tamen Theologorum, & Ecclesiæ usu recepta, & consecrata. Olisipone, pridie Idus Januarias, anno MDCCLXII.

## SENTENÇA

D A

INQUISIÇÃO DE PORTUGAL

Contra a Pessoa, e Erros de

GABRIEL MALAGRIDA.

**A** Cordão os Inquisidores, Ordinario, e Deputados da Santa Inquisição: Que, vistos estes autos, culpas, declarações, respostas, e retractações do Padre Gabriel Malagrida, Religioso da Companhia denominada de Jesus, natural da Villa de Menajo, Bispado de Còmo, no Ducado de Milaõ, e assistente nesta Corte, Reo prezo, que presente está.

Porque se mostra, que sendo Christão baptizado, Sacerdote, Confessor, Theologo, e Missionario, obrigado a ter, e crer a Santa Fé Catholica, que prégaraõ os sagrados Apostolos, e Discipulos de Jesus Christo nosso Bem, Redemptor, e Senhor nosso: aquella mesma, que nos propoem, e ensina a Santa Madre Igreja de Roma, Máy, e Mestre de todo o Catholicismo, e regra infallivel dos verdadeiros dogmas, contra a qual não pôdem prevalecer o inferno, e ministros do demonio. A desviar-se, e fugir das novidades oppostas ao Evangelho, e a ensinar, prégær, defender, e escrever doutrina fá, e Catholica, sem interpretar ao seu arbitrio, e contra os preceitos da mesma Igreja, e sentir dos Santos Padres os lugares da Escritura.

A procurar a união dos Catholicos na perfeita caridade, e na obediencia devida aos verdadeiros, e  
seus

SENTENTIA  
LUSITANÆ INQUISITIONIS  
ADVERSUS  
GABRIELEM MALAGRIDAM,  
EJUSQUE ERRORES.

**I**nquisitores, Ordinarius, & Deputati Sanctæ Inquisitionis ita statuunt: ex inspecto causæ Instrumento, criminibus, declarationibus, & retractionibus comprehensi Rei, qui adest, Patris videlicet Gabrielis Malagridæ, Societatis Jesu quam vocant Sodalit, patria Menai, Comensis Diocesis oppido apud Insuabres, nunc vero Olisipone degentis; plane constare, quæ sequuntur.

Cum ut Christianus baptizatus, Sacerdos, Confessorius, Theologus, & Apostolicus Minister, deberet profiteri, & tenere sanctam fidem catholicam, quam prædicare sacrosancti Apostoli, & Discipuli Jesu Christi Servatoris, & Domini nostri; quamque nobis proponit, & tradit Sancta Mater Romana Ecclesia, Catholicorum omnium Mater & Magistra, eademque Regula falli nesciat sanorum Dogmatum, adversus quam prævalere nec Tartarus nec satellites dæmonis possunt. Cum deberet etiam vitare, & fugere Evangelio adversantes novitates, earumque loco tradere, prædicare, tueri, & conscribere rectam catholicamque doctrinam; non ex suo arbitrio, non contra Ecclesiæ ejusdem præcepta Sanctorumque Patrum sensum interpretans Sacras Litteras.

Cum deberet item procurare concordiam Catholicorum in perfecta caritate & obedientia, quæ veris ac legitimis Rectori-

seus legitimõs Superiores, sem concitar sedições perniciosas, e promovidas pelos infernaes espiritos da soberba, e da discordia. E finalmente a imitar os sectadores da virtude Christã, que subiraõ à perfeição pelo caminho da humildade com trabalhos, e com muita paciencia recomendada nas Divinas letras pelo mesmo Jesus Christo, o qual sendo verdadeiro Deos se fez homem, e tomando sobre si as nossas culpas, nos abriu as portas para a feliz eternidade; e sendo innocentissimo, nos ensinou, e nos deu exemplo para soffrer trabalhos, que saõ effeito dos nossos delictos, e do peccado, declarando-nos pelos seus Evangelistas os signaes, que devemos observar para conhecer os hypocritas, e profetas falsos, que cobertos com a pelle das ovelhas nos pretendem enganar, como nos diz o mesmo Jesus Christo por S. Mattheus no cap. 7, e palavras seguintes: *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos.*

E devendo o Reo conformarse com os conselhos, e preceitos Evangelicos, e ouvir a Jesus Christo pela voz da sua Igreja, e Ministros, o fez tanto pelo contrario, que esquecido da obrigação de Catholico, e de Religioso verdadeiro, entrou a dar ouvidos ao espirito infernal, que procurando a total destruição, e ruina de sua alma, o guiava à perdição.

Por quanto cheio o Reo de ambição, e da soberba com que a todos se considerava na virtude superior, passou a fingir milagres, revelações, visões, locuções, e outros muitos favores celestiaes, que o mesmo Deos concede aos seus verdadeiros servos, os quaes, como diz S. Paulo no cap. 2: *Epistola ad Ephesos*, edificação sobre a doutrina, e fundamento dos Apostolos, e Profetas, de que he a summa pedra angular o mesmo Jesus Christo: *In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino.*



*Reſtoribus debeat, non concitans pernicioſas ſeditiones, ad quas impellere homines ſolent Tartarei Spiritus ſuperbiæ & diſcordiæ: cum denique imitari deberet chriſtianiæ virtutis Sectatores, qui ad perfectionis faſtigium aſcenderunt per ſui abjectionem, perque inſignem tolerantiam laborum prout in divinis Litteris ab eodem Jeſu Chriſto docemur; qui cum eſſet verus Deus, factus eſt homo; & peccata noſtra portans beatæ æternitatis januam reſeravit; & cum innocentiffimus eſſet, verbo & exemplo nos docuit ærumnas tolerare, quæ effectus ſunt peccati delictorumque noſtrorum; nobis quidem per ſuos Evangelistas, ſigna indicans, quibus uti debemus ad dignoſcendos pietatis ſimulatores falſosque prophetas, qui ovina pelle induti fallere nos conantur. Id quod nobis ſignificant hæc ipſius Jeſu Chriſti verba a beato Matthæo commemorata cap. 7. Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos.*

*Cum deberet autem conformare ſe cum ad conſilia, & præcepta Evangelica, tum ad voces Jeſu Chriſti per Eccleſiam & Miniſtros ſuos loquentis; adeo id non præſtitit reus, ut potius oblitus eorum officiorum, quæ catholici Deoque dicati viri propria ſunt, auſcultare cœperit Tartareum Spiritum; qui eum per animæ everſionem & ruinam ducere ad interitum ſatagebat.*

*Plenus enim ambitionis, plenusque arrogantia eo proceſſit Reus, ut non ſolum cunctis ſe ſuperiorem judicaret in ſanctimonia, ſed etiam ſimularet miracula, revelationes, viſiones, locutiones, aliasque gratias, quibus donare Deus ſolet veros ſervos ſuos; qui, ut ſcribit beatus Paulus ad Ephesios cap. 2. ædificant ſuper doctrinam & fundamentum Apoſtolorum, ac Prophetarum, cujus ſummus & angularis lapis eſt Chriſtus Jeſus: In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino.*

E conseguindo o Reo pelo meyo da hypocrisia, e da mais refinada malicia, que o tivessem por santo, e por verdadeiro profeta aquellas pessoas, que com permissaõ Divina não faziaõ reparo nos fundamentos, sobre que se sustentava a grande maquina de fingida santidade, se foy redüzindo a hum monstro da mayor iniquidade. Por quanto não contente, nem satisfeito com haver enganado os povos dos Dominios deste Reino, dos quaes tinha extorquido muito grosso cabedal com pretexto de devoçaõ, e de devotos fins, e com outros fingimentos, e embustes; passou a espalhar o mais terrivel veneno, que tinha no coração, fomentando discordias, e sedições, e a proferizar os funestos successos, que sabia se ideavaõ, e tratavaõ nesta Corte, com os funestissimos objectos, que depois se fizeraõ manifestos.

E querendo ainda assim conservar o seu bom nome, e opiniaõ de santidade, pretendeo persuadir as suas fingidas revelações de futuros castigos com doutrinas nunca ouvidas, misturadas com proposições hereticas, blasfemas, erroneas, temerarias, impias, fediciosas, e offensivas dos pios ouvidos; as quaes não só proferio, mas escreveo, e até na Mesa do Santo Officio as continuou a defender: affirmando serem-lhe dictadas por Deos Senhor nosso, por Maria Santissima Nossa Senhora, e pelos Santos, e Anjos do Ceo, que dizia lhe fallavaõ, e com elle communicavaõ: chegando a persuadirse que estes meynos, improprios de hum Catholico, e inventados pela malicia do Reo, eraõ os mais convenientes para evitar a continuacão dos trabalhos, em que se tinha metido, para restituir ao antigo estado a sua Religiaõ, e para reduzir a huma geral consternaçaõ a Corte, e a todo este Reino, contra o qual ardia no entranhavel odio, que bem se manifesta destes autos, e das declarações do mesmo Reo.

Do que tudo havendo informaçã na Mesa do  
Santo

Cumque per pietatis simulationem improbitatisque dissimulationem id consecutus reus esset, ut pro sancto veroque Propheta haberetur ab iis, qui Dei permisso animos non advertabant ad fundamenta, quibus innitebatur magna illa simulata sanctitatis machina; paulatim, & quasi per gradus, sædum quoddam improbitatis monstrum evasit. Quasi enim parum fuisset, Lusitanæ dictionis populos decipisse, ab iisque pietatis & devotionis prætextu ingentem auri & argenti summam extorsisse; teterrimum cordis venenum diffundere cepit, seditiones & discordias concitans; prædicens item sædos illos eventus, sædaque spectacula illos secuta, quæ è clandestinis quorundam machinationibus ( quarum ipse conscius erat ) Olisipone exoritura sperabat.

Cum vellet tamen partem sanctitatis famam & estimationem retinere, per doctrinas inauditas conciliare vaticinationibus suis fidem conatus est; iis scilicet quamplurimas propositiones immiscens hæreticas, blasphemias, erroneas, temerarias, impias, seditiosas, & piarum aurium offensivas: quas ille non solum voce, sed etiam scripto asseruit, & in ipsa Fidei Curia propugnare non destitit: affirmans eas sibi dictatas fuisse a Deo, a beata Virgine, ab Angelis, & Cœlitibus, quos secum colloqui & sermocinari solitos ajebat. His enim instrumentis a se improbe excogitatis, & adhibitis, a catholica licet pietate omnino alienis, nihil aptius fore existimabat cum ad propulsandos labores, quibus se involverat; tum ad Societatem pristino nitore restituendam, tum etiam ad totam Regiam totamque Lusitaniam funditus consternandam; adversus quam implacabili odio flagrasse ipsum, tum litis Instrumenta, tum Rei Declarationes plane demonstrant.

Hæc cum ad sacrum Fidei Tribunal delata essent,



Santo Officio, e apresentando-se nella duas obras escritas pela letra do Reo, huma intitulada: *Heroica, e admiravel vida da gloriosa Santa Anna, Mãy de Maria Santissima, dictada da mesma Santa, com assistencia, approvaçãõ, e concurso da mesma Soberanissima Senhora, e seu Santissimo Filho*, escrita na lingua Portugueza; e outra na lingua Latina com o titulo: *Tractatus de vita, & imperio Antichristi*, ambas reconhecidas pelo mesmo Reo, a quem foraõ mostradas na Inquiçãõ.

E sendo vistas, e examinadas as referidas duas obras, contém, entre outras, as proposições seguintes, a saber:

Que Santa Anna fora santificada no ventre de sua Mãy, assim como Maria Santissima fora santificada no ventre de Santa Anna.

Que o privilegio da santificaçãõ no ventre de sua Mãy só fora concedido a Santa Anna, e a Maria sua filha. Que Santa Anna no ventre de sua Mãy entendia, conhecia, amava, e servia a Deos como tantos Santos avultados na gloria. Que Santa Anna no ventre de sua Mãy chorava, e fazia chorar por compaixãõ os Cherubins, e Serafins, que lhe assistiaõ. Que Santa Anna, estando ainda no ventre de sua Mãy, fizera os seus votos; e para que nenhuma das tres Divinas Pessoas ficasse escandalizada da sua affectuosa attençãõ, fizera ao Eterno Pay o voto da pobreza, ao Eterno Filho o voto da obediencia, e ao Eterno Espirito Santo o voto da castidade.

Que Santa Anna fora a creatura mais innocente, que sahira das mãos de Deos: que parecia não ter peccado em Adam: e que admittira o estado de casada para ser mais casta, mais pura, mais virgem, e mais innocente. Que Santa Anna sendo viadora orava a favor de todos os córos Angelicos gloriosos, para que Deos lhes assistisse, e os soccorresse, e para que mais se avantajassem em servir, e louvar a sua Divina Magestade. Que



eo advocatus Reus Auctorem se & Scriptorem professus est librorum duorum, quorum alter lusitanè compositus ita inscribatur: Heroica & admirabilis Vita beatæ Annæ, Matris Sanctissimæ Mariæ, ab ipsa Anna dictata, opitulante & approbante Maria, ejusque Filio: alter vero latine ita: Tractatus de Vita, & Imperio Antichristi.

Cumque discussus & examinatus uterque liber esset, ibi sequentes Propositiones cum aliis inventæ sunt.

Beatam Annam sanctificatam fuisse in utero Matris, sicut beata Maria in utero Annæ.

Privilegium sanctificationis in materno utero soli Annæ, Mariæque ejus Filiæ esse concessum. Ab Anna in ventre Matris intellectum, cognitum, amatum, & excultum fuisse Deum, sicut ab illustrioribus Cœlitibus in Patria. Annam in ventre Matris plorasse, & ad lacrimas movisse Cherubinos & Seraphinos ejus comites. Annam in ventre Matris Æterno Patri paupertatem vovisse, Æterno Filio obedientiam, Æterno Spiritui Sancto castimoniam: idque propterea vovisse, ne qua trium Personarum de obsequio alteri præstito quereretur.

Annam ex omnibus creaturis, quæ a Deo sunt conditæ, innocentissimam esse: visam esse non peccasse in Adamo. Eandem propterea beato Joachimo nupsisse, ut castior, purior, innocentior, & magis virgo esset. Annam adhuc in terris degentem orasse pro omnibus Angelicis Choris, ut divino muniti auxilio ferventius Deum colerent, & laudarent.

Que Christo não achara termos sufficientes para darnos a entender a grandeza dos dons, que concedera a Santa Anna; e que os suspiros da mesma Santa chegáram a despertar novos, e inusitados incendios no coração de Deos.

Que a virtude, e santidade he mais facil de se propagar, do que o vicio.

Que Adão ainda que tivesse vivido rectamente, e evitado a culpa mortal, sempre havia de ser hum pobre servo muito fraco, e muito ignorante.

Que elle Reo ouvira fallar ao Eterno Pay com a sua clara, e distincta voz, ao Eterno Filho com a sua clara, e distincta voz, e ao Eterno Espirito Santo com a sua clara, e distincta voz.

Que a familia de Santa Anna, além dos senhores, e de algumas crianças, consistia em vinte escravos, doze varões, e oito fêmeas. Que S. Joaquim tivera o officio de pedreiro, e morava em Jerusalem com Santa Anna, e que esta fora a Mulher Forte, de que fallara Salamaô, o qual se havia engado, porque no seu povo, e do seu sangue nascera tão ditosa mulher.

Que Santa Anna fizera hum recolhimento em Jerusalem de sincoenta e tres recolhidas: que para o completar se disfarçaram em carpinteiros os Anjos; e que para o sustento hia huma dellas, por nome Martha, comprar peixe, e o vendia com lucro na Cidade. Que das recolhidas de Santa Anna casaram algumas, unicamente para obedecer a Deos, o qual tinha *ab eterno* determinado que aquellas felices donzellas, educadas com attenção de Santa Anna, fossem mãys de Santos, Santas, e de varios Apostolos, e Discipulos de Jesus Christo: que huma casara com Nicodemos, outra com S. Matheus, outra com Joseph de Arimathea, e que do casamento de outra procedera S. Lino successor de S. Pedro. Que Christo toma varias figuras, e faz varios papeis com aquelles

Christo verba defuisse, quibus satis significaret, quantis donis Avia esset ornata: hujusque suspiria novos & inusitatos caritatis affectus excitasse in ipso Deo.

*Virtutem, & sanctitatem facilius propagari quam vitium.*

Adamum, etiam si justitiam conservasset, nullumque admisisset letale peccatum, semper tamen futurum fuisse pauperem servulum, infirmisimum, atque inscientisimum.

Claram atque distinctam vocem Aeterni Patris, Aeterni Filii, & Spiritus Sancti a se auditam & perceptam esse.

Familiam Annae, praeter Heros & pueros, mancipiis viginti constitisse, quorum duodecim mares essent, feminae octo. Joachimum & officio lapidarium, & Hierosolymae urbis incolam fuisse cum conjugue Anna: eamque fuisse Fortem Mulierem a Salomone praedictam: qui tamen deceptus in eo fuerit, quod de ultimis finibus venturam crediderit, quae de suo populo, & sanguine proditura erat.

Ab Anna exstructum fuisse Hierosolymae Receptaculum Virginum quinquaginta trium: ei operi perficiendo admovisse manus Angelos, specie fabricum lignariorum indutos: incolisque alendis pecuniam deservisse, quam illarum una Martha nomine ex piscibus emptis & venditis quaestuose colligebat. Ex his Virginibus divino imperio quasdam nupsisse, quae ab aeterno praedestinae erant, ut ab Anna educatae, ejus gratia Matres fierent multorum Sanctorum & Apostolorum. Unam ex his uxorem fuisse Nicodemi, aliam Mathaei, aliam Josephi ab Arimathea: quartam matrem fuisse Lini Romani Pontificis, qui Petro successit. Christum varias figuras, variasque personas induere, cum ad perfectissimam contemplationem paucos quosdam invitat: quibus non unam, sed multos de Caelo Magistros concedit.



aquelles poucos, que levanta à mais alta contempla-  
ção, e que concede hum, e varios directores do  
Ceo às almas, que dezejaõ a perfeiçãõ.

Tambem affirma na sua obra, que Maria Santissima lhe dera a doutrina seguinte: Que as almas dos mundanos, ou almas, que não aspiraõ senão à observancia dos Mandamentos, as tenta só o demonio; mas quando aspiraõ à perfeiçãõ, e Deos as quer com especial empenho adiantar à contempla-  
ção passiva, as tenta no principio o demonio; porém que depois de terem dado boa conta, se lhe faz entender, que na Igreja ha na realidade huma nova profissaõ, que he a contemplação alta dos mysterios divinos, e revelações de cousas occultas *a constitutione mundi*; e que entãõ toma Deos, e Maria Santissima conta dellas, metendo-as em fundos taõ escuros, e com tentações taõ pezadas, que não sabem a que parte se haõ de tornar; que chegadas porém as almas a este estado, se despedem dellas para sempre os demonios, sem que deixem de sentir as mesmas almas seus repelões, e combates bem renhidos, tanto assim, que lhe parecẽm diabos, e ainda dos mais sujos, e malignos, com mentiras, com enredos, com apertos, e profanidades, e com cousas deshonestas; e com tudo que não são diabos os tentadores, mas sim almas santas, ainda das mais elevadas na gloria: que são Anjos purissimos, e amantissimos das ditas almas, os quaes se não envergonhaõ, antes se prezaõ de ajudallas com estes ministerios, fazendo o papel de tentadores, e de demonios para as ganhar totalmente, e fazer mais depressa encher aquella medida de mortificações, e resistencias, que Deos mesmo lhes tem taxado para admittillas depois à communicaçãõ dos seus segredos.

Além destas proposições escreveo como reveladas tambem as seguintes.

Que a natureza Divina he distincta entre as Pessoas.

Que



*In eodem libro affirmat, traditam sibi esse a Maria Virgine hanc doctrinam : mundanas animas vel sola præceptorum observatione contentas, tentari quidem a dæmone ; sed ubi perfectioni assequendæ dant operam, easque Deus speciali cura ad passivam contemplationem provocat, initio quidem tentari eas a dæmone ; sed postquam illarum satis cognita satisque spectata virtus est, eam illis cognitionem infundi, qua credant, esse revera in Ecclesia novam quandam Professionem, quæ in contemplatione consistat cum mysteriorum divinorum, tum rerum occultarum a constitutione mundi : ac tum demum sub Dei Mariæque cura eas consistere. Ab utroque autem in eos fundos dejici, tamque gravibus tentationibus pulsari, ut quo se vertant, prorsus nesciant. Ubi primum vero ad hujusmodi statum pervenerint animæ, ab illis in perpetuum abesse dæmones ; quin ipse tamen interim graviter pulsari, & concuti desinant mendaciis, laqueis, angoribus, profanitatibus, & impudiciis : quæ licet proficisci a dæmonibus videantur, revera tamen istiusmodi tentationum auctores non esse dæmones, sed Sanctos Spiritus etiam exiis, qui primi in Cælis habentur : esse scilicet Angelos purissimos, & ipsarum animarum amantiissimos, quos hujus ministerii minime pudeat, immo qui sibi gloriæ esse arbitrentur dæmonum officio fungi in eum finem, ut carissimæ sibi animæ expleta vexationum, & luctarum mensura a Deo præfinita, ad supernam contemplationem arcanorum divinorum admittantur tandem.*

*Præter has propositiones sequentes etiam tamquam sibi revelatas a Deo idem conscripsit.*

*Naturam Divinam distinctam esse in Personis.*

Que Maria Santissima estando no ventre de Santa Anna proferira estas palavras: *Consolare mater mea amantissima, quia invenisti gratiam apud Dominum: ecce concipies, & paries filiam, & vocabitur nomen ejus Maria, & requiescet super eam Spiritus Domini, & obumbrabit, & concipiet in ea, & ex ea Filium Altissimi, qui salvum faciet populum suum.* E affirma com juramento na dita obra, que a mesma Senhora isto lhe revelara, e juntamente, que no Paraizo celeste se festejara por oito dias aquelle primeiro passo, ou milagrosas palavras.

Tambem affirma como revelado, que Deos lhe dissera não duvidasse engrandecer a Senhora *usque ad excessum, & ultra*; nem tivesse receyo uzar, e communicar-lhe os attributos proprios do mesmo Deos, a saber: Immenso, Infinito, Eterno, e Omnipotente.

Que o Sacratissimo Corpo de Christo fora formado de huma gota de sangue do coração de Maria Santissima: que o mesmo se augmentara pouco a pouco com a virtude do alimento da Mãe, até estar perfeitamente organifado, e capaz de receber a alma; mas que a Divindade, e Personalidade do Verbo já se tinha unido àquella gota de sangue no mesmo instante, em que sahio do coração para o purissimo ventre da Senhora.

Que as tres Divinas Pessoas tiverão varias consultas, questões, e pareceres entre si sobre o tratamento, que se havia dar a Santa Anna; e convieirão em que fosse superior a todos os Anjos, e mais Santos. Que a Cidade Santa representada ao Evangelista, e Discipulo amado, quando disse *Vidi Civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de Caelo, sicut sponsam ornatam viro suo*, se devia reputar por hum fardido, e vil monturo, em comparação da alma de Santa Anna.

Que Santa Anna tivera huma irmã chamada Santa

*Mariam Dei Gentricem in materno adhuc ventre latentem edidisse has voces : Consolare Mater mea amantissima, quia invenisti gratiam apud Dominum : ecce concipies & paries filiam, & vocabitur nomen ejus Maria, & requiescet super eam Spiritus Domini, & obumbrabit & concipiet in ea & ex ea Filiam Altissimi, qui salvum faciet populum suum. Quæ sibi quidem ab eadem Dei Genitrice revelata esse, primamque hanc ejus vocem in Cœlis per dies octo fuisse celebratam, jurejurando interposito ille affirmat in eodem libro.*

*Affirmat etiam ut revelatum sibi a Deo, nullam causam esse, cur ipse vereretur Mariam laudare usque ad excessum & ultra; eidemque attributa adscribere divinitatis propria: nempe esse immensam, esse infinitam, esse æternam, esse omnipotentem.*

*Sacratissimum Christi corpus ex gutta materni sanguinis de corde decisi paullatim formatum esse: eique sanguinis guttæ eodem momento unitam esse Verbi Personam, nondum perfecte completo, nondumque animato corpore.*

*Inter Divinas Personas diu multumque dubitatum esse, quo ordine habenda esset beata Anna: ac post diurnam deliberationem eo tandem convenisse, ut Angelis & Sanctis omnibus superior constitueretur. Civitatem illam sanctam a Joanne in Apocalypsi descriptam, si cum anima conferatur beatæ Annæ, tamquam sordidum sterquilinum reputari debere.*

*Beatæ Annæ sororem fuisse Baptistinam nomine, a*

ta Baptistina, e que esta lhe dissera, que a Senhora estava ainda com seus Pays, quando o Arcanjo S. Gabriel lhe deu a embaixada de que havia de ser Mãy de Deos; e humilhando-se a Senhora entrara a pedir ao Eterno Pay, que pedisse por ella, para que fosse admittida por pobre, e vil escrava; porém que, vendo-se defenganada de que havia ser Mãy de Deos, cahira no chão com hum desmayo, que dera trabalho ao Anjo, o qual levantara a Senhora com grande reverencia, e entrara a persuadilla, que accitasse aquella dignidade, suspendendo-se hum festim preparado pelos Anjos, e Arcanjos até que a Senhora deu o seu consentimento.

Que depois de incarnado o Divino Verbo, se desposara a Senhora com S. Joseph, tendo então Santa Anna sincoenta annos de idade.

Que Maria Santissima Senhora nossa era moradora em Jerusalem, quando perdera seu Filho Santissimo, e que este fora achado no Templo no fim de tres dias, por se ter apartado da mesma Senhora para hir assistir à morte de Santa Anna.

Affirma mais, que Maria Santissima Senhora nossa, ordenando-lhe que escrevesse a vida do Antichristo, lhe dissera que elle Reo era outro Joaõ depois de Joaõ, porém muito mais claro, e mais fecundo. E continuando com a dita obra, passa a escrever como revelado: Que haõ de ser tres os Antichristos, e que assim se devem entender as Escrituras, a saber Pay, Filho, e Neto; e que o ultimo ha de nascer em Milaõ de hum Frade, e de huma Freira, no anno de mil nove centos e vinte, e que ha de cazar com Proserpina, huma das Furias infernaes.

Que o Antichristo ha de ser baptizado por sua Mãy, e que o demonio, que entenderá ser seu Pay, só ha de saber do baptismo, depois de huma imprudente confissão da Mãy.



qua hæc ipse edoctus fuerit : Mariam Virginem , quo tempore ad eam legatus venit Gabriel , apud paternam domum habitasse : cumque indignam se tantæ dignitatis agnosceret , Æternum Patrem orasse , ut sibi intercessor existeret , ne Verbi mater , sed ancilla fieret . Sed cum frustra a se tantum illum honorem rejici animadverteret , exanimatam corruisse in terram , unde a trepido Angelo sublata summa cum reverentia est , qui novis persuasionibus illam adhortari deinde cœperit , ut oblatum sibi honorem non respueret . Quoad autem assensum suum distulerit beata Virgo , tandiu dilatatum fuisse cœleste quoddam tripudium ab Angelis præparatum .

Ipsam Virginem non ante Josepho fuisse desponsam , quam ex ea carnem assumeret Verbum , eoque tempore quinquagenariam fuisse Beatam Annam .

Mariam apud Hierosolymam tunc temporis habitasse , cum in itinere amisit divinum puerum : qui ob eam causam a parentibus per triduum abfuerit , quod morienti avie adesse voluerit .

Affirmat etiam beatam Virginem sibi auctorem fuisse , ut vitam scriberet Antichristi : seque ab eadem audisse , esse se Joannem alterum post Joannem , multo tamen magis illustratum , multoque magis facundum : Scribit deinde ut sibi revelatum : non unum sed tres Antichristos fore ; Patrem , Filium , & Nepotem : atque ita intelligi debere Scripturas . Ex his postremum fore patria Mediolanensem , ex monacho & monacha generandum anno MDCCCXX. qui Proserpinam , unam ex tartareis Furiis , uxorem habiturus sit .

Antichristum baptizandum esse a Matre , & a demone habendum pro filio : qui tamen baptizatum filium ignorabit , donec id ab imprudenti matre eductus sit .

Que o nome de Maria sómente, e sem obras foy a salvação de algumas creaturas, e que a Mãy do Antichristo se ha de salvar por ter este nome, e por attenção ao Convento em que for Freira. Que os Religiosos da Companhia haõ de fundar hum novo Imperio para Christo, descobrindo novas, e multiplicadas Nações de Indios.

Que o Religioso tépido, e imperfeito excede no merecimento a hum fervoroso, e perfeito Secular. Que ninguem nasceo para exercer alguns officios necessarios para o governo Ecclesiastico, ou Politico.

Diz mais na dita obra do Antichristo, que na noite de vinte e nove de Novembro do anno passado ouvira as palavras seguintes: *Hac nocte, hac nocte, idest brevi, & inopinato interitu de medio tollemus Principem tam iniquæ criminationis cum adiutoribus, & adulatoribus suis.* E com estas, e outras proposições injuriosas a todo o estado de pessoas, e semelhantes aos dos mais depravados heresiarcas, pretendeo o Reo, que se tivessem por divinas as suas revelações, e por orthodoxas as suas proposições, e obras, as quaes com tenacidade tem defendido, ainda depois das caritativas admoestações, que lhe foraõ feitas pelos Ministros da Igreja.

Pelas quaes culpas sendo o Reo prezo nos Carceres do Santo Officio: Disse com grande soberba, e com presumpção bem alheya do espirito de Deos, que não tinha culpas que confessar; mas porque viera para a Inquisição com grande cautella, e segredo, sem saber para onde o traziaõ, e por quanto Deos Senhor nosso lhe havia dito, que estava no Santo Officio, que no dia seguinte seria chamado à Mesa, e a Tribunal competente, e que entaõ na hora em que fosse preciso, haviaõ de cessar humas dores de cabeça, e entranhas, procedidas do ar da noite, como na realidade lhe tinha succedido; dava  
conta

*Per unum Mariæ nomen, nullis bonis operibus præcedentibus, salutem æternam consecutas esse creaturas aliquas: Antichristi quoque Matrem salvandam scire tum ratione nominis Mariani, tum gratia monasterii illius, ubi religiosam vitam professæ fuerit. Societatis homines novum imperium, novasque colonias & subditos Christo apud Indos fundaturos esse.*

*Monachum tepidum & imperfectum meritis antecedere laico cuilibet vel perfectissimo. Neminem ad officia cum Ecclesiastica, tum politica, quibus Christiana Respublica indiget, exercenda nasci.*

*Affirmat etiam in eodem Opere de Antichristo, die vigesima nona Novembris anni proxime elapsi, nocturno tempore a se auditas esse has voces: Hac nocte, hac nocte, idest, brevi & inopinato interitu de medio tollemus Principem tam iniquæ criminationis, cum adjutoribus, & adulatoribus suis. Atque his aliisque propositionibus omni personarum statui injuriosis & perditissimorum Hæresiarcharum propriis conatus est reus persuadere, divinas esse suas revelationes, orthodoxasque suas doctrinas, quas pertinaciter etiam tum defendit, cum de illarum falsitate agnoscenda ac detestanda admonitus esset a Ministris Ecclesiæ.*

*Cum ob culpas hujusmodi Fidei Censorum jussu carceri addiceretur, intolerabili fastu arrogantiaque a Divino Spiritu prorsus aliena respondit: nihil esse quod fateri deberet. Sed cum sciret ex divina revelatione esse se in Fidei Curia constitutum, dieque crastina ad legitimum Tribunal legitimosque Judices vocandum, eademque hora liberandum a doloribus, quibus ex nocturna aeris inclementia contractis afficiebantur caput & viscera; (quod revera factum affirmabat) rationibus his commotum sponte fateri sese, quæ sequerentur. Ubi primum agnovisset Apostolicarum Missionum munere a Rege privatos esse in America homines Societatis; veritum se fuisse vehementer, ne gravi aliquo*

conta de que tendo noticia, que ElRey nosso Senhor privava das Missões aos Religiosos da Companhia com prejuizo dos Barbaros convertidos, e não convertidos, temera grave damno à pessoa de Sua Magestade, sem embargo de estar certo, que obrava sem má vontade: e que sendo mandado para Setubal, condoendo-se deste Reino, recorrera a Deos Senhor nosso, pedindo pela pessoa do Rey, e bem do seu Estado; e então se lhe differa ao coração, que buscasse modos de avizar a Sua Magestade de hum perigo imminente, que estava para lhe succeder. Que vendo-se a isso em consciencia obrigado, fizera todas as diligencias para o precaver; o que não pudera conseguir; razão porque entrara a fazer penitencias, e orações publicas, e privadas, as quaes foraõ ouvidas no Tribunal Divino, e por ellas moderara Deos Senhor nosso o castigo ao mesmo Rey, como se lhe havia a elle declarante revelado.

E que sendo depois injustamente prezo como cabeça da conjuração, entrara a escrever, com ordem do mesmo Deos, e de Nossa Senhora, a Vida de Santa Anna, e outra obra, que trata da vida, e imperio do Antichristo; as quaes obras lhe foraõ achadas; e tomadas; e que pelas haver escrito, sabia que estava prezo na Inquisição, como hypocrita, que fingia revelações falsas, e virtudes que não tinha.

Declarou mais, que havia hum anno lhe differa o Senhor, que não estava satisfeito com as injurias, que elle declarante padecia; e que ainda havia padecer mais para se conformar com o seu exemplar Jesus Christo, vindo ao Santo Officio accusado com calumnias.

E que perguntandose-lhe se estava prompto para o imitar; duvidando elle declarante dar-se por convencido, em razão do descredito da sua Religião, lhe fora respondido que havia de ter o trabalho de se



*aliquo damno afficeretur Rex ipse, licet eum sciret non ex pravo affectu fecisse, quod fecerit. Cumque interim in Cetricam ire jussus esset, miseratum Lusitaniae vicem ad Deum preces fudisse pro Rege & Regno. Ac tum quidem ab interna voce fuisse edoctum, ut de eminenti periculo Regem edocendum curaret: quod a se factum, quanta maxima posset diligentia affirmabat. Ubi videt periculum vitari non posse, Deum cum voluntariis afflictationibus, tum publicis & privatis orationibus rogasse, ab eoque tandem consecutum esse, ut mitiori flagello puniretur Rex.*

*Cum postea injuste comprehensus esset, tamquam princeps factae conjurationis in Regem, Dei jussu ad scribendam vitam Beatæ Annæ, vitamque & imperium Antichristi manum admovisse. Ea tamen opera sibi ablata esse, ac propter illas scriptiones comprehensum se in Fidei Curia detineri, tamquam hypocritam & revelationum ac virtutum simulatorem.*

*Declaravit præterea annum jam esse, cum Deus ipse dixisset, offensum se esse ob injurias illi illatas. Sed plures adhuc & graviores subeundas esse, ut ipse conformis fieret exemplari suo Christo, accusatus scilicet per calumniam apud Fidei Censores.*

*Cumque interrogaretur, an ad hujusmodi imitationem paratus esset; dubitanti sibi affirmare ob dedecus, quod in Societatem redundaturum credebatur; responsum tandem esse fore, ut ab eadem Societate ipse excluderetur; quod*

ver fóra della, como lhe succedia, por quanto nos carceres em que se achava, lhe lembrava Jesus Christo o que lhe havia declarado, e na Mesa em que estava, ouvia a intelligencia do passado, pois tambem alli *ab alto* se lhe dizia, que não havia já Companhia em Portugal, por estar toda lacerada por sentença, que em todo o mundo se fez publica, o que lhe parecia muito arduo; mas que não deixavaõ de lhe cauzar algum temor as vozes que estava ouvindo, com o qual se sujeitava à Igreja, por ter medo de illusões.

